

Mattiolo cognoscere est. Ex ea corona olim fiebant, quas λωτίας, seu melius λωτίνας, vocabant. Λωτίη, inquit Suidas, σέφανος ἐκ λωτῶν· id quod et aliunde constat. Oblata occasione, menda quaedam ex Hesychio tollemus. Λῶσος, inquit, θέλτισος, οὐ βοτάνη, οὐ εἶδος φυτόν. ridicule. Tollenda haec fuerunt: οὐ βοτάνη, οὐ εἶδος φυτοῦ. Λῶσος, nec herba vñquam, nec planta fuit. Sed ea verba transposita fuerunt, et suo loco mota. Ibidem legas: Λωτίνας· αἰδόνας, τὰς αὐλούς. Quorsum? inquies: quia αἰδόνες λωτίνας sunt suaves cantus tibiarum. nam et Λίθος λωτὸς apud Troadas Euripidis p. 88. editionis Commelinianae, pro *tibia Lybica* sumitur. Locus etiam Plutarchi notissimus est de tibicine Libyco. Id quod Athenaeus, 4, 25. p. 182. E, Pollux, Onom. 4, 74., ac Eustathius, ad Il. φ' p. 1236. 55. Rom., annotarunt. Ea autem tibia sine vlo adiuncto λωτίνος dicebatur. Lege itaque apud Hesychium: λωτίνος· αὐλὸς ἐκ λωτίνης ξύλης. Sequitur mox: Λωτός· τραγημάτε, καὶ αὐλός· καὶ δένδρον, καὶ πόσν. lege πόσα. Paulo superius scribitur: Λῶσοι· ἐρράμενοι φίλοι. Itaque rideas licet; quidni? cum λῶσοι, vt vides, sint *suti*, seu *consuti*, amici. res bella, o Veneres! Sed legendum: Λῶσοι· ἐρράμενοι, Ἡ φίλοι. nam λῶσοι, seu melius λωσοί, est κλωσοί, quemadmodum λῶμα sumitur pro ἔκφη, seu *futura*, vel pro κλωσμός· sed ὡς λῶσοι in salutationum officio sumebatur pro ὡς φίλοι. Vnde et toties in dialogis Ἀττικωτάτης Platonis, ὡς λῶσε. Latini dicunt, *o bone*.

*Ibid. v. 5. παπύρῳ*] Ex qua olim et vestem faciebant. Plinius, et alii. Fortasse hoc ipsum est, quod Phaedrus, 2. fab. 5, 12., vocavit *linteum Pelusium*.

*Ibid. v. 10. κόνις*] Horatius, 4. od. 7, 14. ff., *Nos ubi decidimus, Quo Aeneas, quo Tullus diues, et Ancus, Puluis, et umbra, sumus.*

*Ibid. v. 11. μυρίζειν*] Nam, quod notissimum est, olim, et cadauera, et sepulchra ipsa, odoribus, et vnguentis, aspergebantur, et illinebantur.

*Ibid. v. 12. Τί δὲ γῆ χέειν μάταια*] Virgil. Aen. 3., v. 301. ff., *Solemnis tum forte dapes, et tristia dona, — Libabat cineri*